



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119185

§. 108. Camilli Astallii Cardinalis fata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

Sæc. XVII. gitum nonnisi dimidiatum haberet, ne
A. C. 1662. hilominus Pontifex eidem gratiam in-
 dulit, ut in privato suo Sacello sacri
 operans, annulari, & proximo digito
 ad consecrationem, reliquosque Sacri-
 ficii ritus uti posset: nec tamen otiose
 hoc favore fruebatur; quippe in sacris
 functionibus assiduus, Sacrarumque
 Congregationum negotiis admotus in-
 genii sui dotes in Ecclesiæ utilitatem
 indefesse impendit, suosque proventus
 magna ex parte Camerineni reliquit
 Ecclesiæ, quam e solo restauratam
 largiter dotavit, ornavitque. Decessit
 Romæ die octava Augusti anno ætatis
 suæ septuagesimo septimo.

§. CVIII.

Camilli Astallii Cardinalis fata.

Vita D. O. **O**biit præterea hoc anno Camillus
lympiæ Ciac. Astallius patria Romanus, qui post
in vita literarium profectum laurea coronatum
Innoc. X. ab Innocentio X. Consistorii Advocatus,
 Cameræ Apostolicæ Clericus, & om-
 nium ferme S. Congregationum Con-
 sultor eadem nominatus est die, qua
 raro benevolentia affectu ferme inco-
 gnitus ab eodem Pontifice in Pamphi-
 liam familiam, & Nepotis sui Purpu-
 ram exuentis cognomen, locum, in-
 signia, honores, censusque cooptraba-
 tur, simulque in Firmanæ Urbis Præ-
 fectum,

fectum, & Avenionensem Legatum Sæc. XVII.
 favente Olympia, quæ cum Camili A. C. 1662.
 Fratrem affinitatis vinculo juncta erat,
 nominatus est. Cum autem præci-
 pitem fortunam plerumque præceps,
 violentus, inexpectatusque lapsus se-
 qui solet, ita & Astallius post Cardin-
 alis Pancirolli Promotoris sui obitum,
 a Papæ Cognatis, quibus tanta exteri
 hominis potentia ac Pontificius favor
 exosus erat, calumniis impetitus, pri-
 mo ab Aula remotus, ac demum e-
 tiam Pamphili ac Nepotis nomine,
 proventibus, & dignitate exutus, Ro-
 ma exulare jussus est, quapropter re-
 cusato Ferrariensis Ecclesiæ regimine
 in Sambuci oppidum secessit, ubi in
 tanta fortunæ depressione, quamdiu
 Innocentius X. vita superstes erat, cum
 maxima æquanimitatis laude se deti-
 nuit; mortuo autem hoc Pontifice ad
 urbem reversus, ad Philippi IV. Hi-
 spaniarum Regis preces Catanensis
 Episcopus nominabatur, quam Eccle-
 siam non modo magnis sumptibus ex-
 ornavit, sed etiam gregem suum tam
 sanctissimis legibus, quam proprio exem-
 plo ad meliorem frugem reducere co-
 natus est: tandem vero ibidem impro-
 visa febre correptus, die vigesima secunda
 Decembris animam Deo
 reddidit.